2248. 796.

dat 1. febr.

Circulare circa ~~[illegible]~~ collatum Ignatio Legrád Privilegium exclusivum.

accludatur Copia Privilegii.

Est acclusa.

(6)

796.

2. Comerc 50

ad … 2248.

2248. 796.

dto 1. Febru

Circulare.

approb. Kelz.

Nil. 9. Podmaniczky

11. Reindt Almasy

Maillath 14

16a expeditum Josephiz

Sua Mattas Sacratissima Ignatio Legrad B. Privilegium exclusivum, Eidem anno adhuc 792. super machina sua ad Canabes subtiliores reddendos accomodata, resolutum, needum tamen levatum, sub dato 7. Jany a.c. ad sex annos relate ad Hungariam expediendum clementer resolvere dignata est, hujus proinde B. Privilegii Paria ~~transpo~~ Partibus eo fine ~~transponatur~~ transmissa, ut necessariam ejusdem Publicationem instituere noverint.

Datto 18. Febr

Expedi. 24. d.

Dimi. 26. d.

6

Nos Franciscus 2dus etc. Me-
moriae commendamus etc.
Quoniam Fidelis Noster
Ignatius Legrád Pos-
sessor certa per se adin-
venta Canabes subtilio-
res reddendi accommoda
Machina Majestati No-
strae repraesentasset, qua-
liter idem in perchara
Nostro Hungariae Regno
et Partibus eidem ad-
nexis ejusmodi Machi-
nas, ad hocque apte collo-
candas necessaria aedifi-
cia, ac requisitos aquae
ductus erigere inten-
deret, ac ex eo supplex
ad Majestatem Nostram re-
currerit, quatenus Nos
eidem Privilegium No-
strum exclusivum, vir-
tute cujus idem Metho-
dum hancce Canabes sub-
tiliores reddendi in prae-
dicto Nostro Hungariae Regno
exercere valeat, ad certos
Annos clementer elar-
giri dignaremur; Cujus
itaque humillimis preci-
bus, ac eo etiam permoti
quod fidelium subdito-
rum Nostrorum pater-
nam

rarum curam habendo, commodis ipsorum omni, qua possit, ratione consulere, prospicere, que cupiamus, praeterea vero quod per Inductionem talismodi Novae Methodi Canabes Subtiliores reddendi in Incrementum et Emolumentum Boni Publici nonparum conferre indubium esset, justum digne noscatur, quo inducendae in praerepetitum Regnum Nostrum Hungariae et Partes Eidem adnexas Fabricae non solum non impediantur, verum potius facilitentur, et Possessores earundem in omnibus seu ad promovendas, seu manutenendas ejusmodi Fabricas quacumque ratione pertinentibus, et pertinere valentibus requisitis secundentur, insuper capto opere protegantur; Hos itaque supramemorata Methodus Canabes Subtiliores reddendi eo meliori cum Progressu

Progressu promoveri
posſit, impensiq[ue] ad Ere,
ctionem ejusmodi Ma,
chinarum, ac Extru,
ctionem ad eas aptè col,
locandas necesſariorum
Aedificiorum Sumptus
quoquo modo refundi
valeant; De Regia Pote,
statis Nostræ Plenitu,
dine et Gratia Speciali
fato Ignatio Legrad,
Ipsiusq[ue] Hæredibus et
Legatariis antelatum
exoratum Privilegium
Exclusivum super nova
ejusmodi per se adinven,
ta Methodo Canabes Sub,
tiliores reddendi per
continuos Sex Annos à
dato præsentium ea Lege
clementer impertimus,
et concedimus, ut Nemo
alter, quam memoratus
Ignatius Legrad, seu
ipsius Hæredes, aut Le,
gatarii in Regno Nostro
Hungariæ Partibusq[ue]
eidem Adnexis taliomo,
di Methodum Canabes
subtiliores reddendi per
decursum dictorum Sex
Annorum sub Pœna Con,
fiscationis, ac insuper

+ 200.

200. Specificorum Amerorū
pro omni interveniente
Casu in una medietate hocce
Nostrum Privilegium Im-
petranti, in altera vero
Fisco Nostro Regio aplican-
dorum exercere audeat;
Iis attamen Privilegio
hocce Nostro haud derogan-
te, qui eandem hanc, aut
similem Cannabes Subtilio-
res reddendi Methodum
se perprimo jam exercuisse,
se evidenter comproba-
verint; Caeterum ad evi-
tandas hac de Re oriri
queuntes perplexitates,
seu Ambiguitates, volu-
mus ut descriptio hujus-
cemodi per toties repeti-
tum Ignatium Legrād
noviter adinventae Ma-
chinae propria sub Re-
chysorio ad Archivum
Cancellariae Nostrae Regiae
Hungaricae Aulicae pro obser-
vatione jam repositae,
eorum, dum alia nefors
similis Machina Canna-
bes Subtiliores reddendi
in lucem prodierit, hanc
que dictus Ignatius Le-
grād propriam adeoque
praescripta sua Modali-
tati

tati, seu Methodo simi-
lem esse assereret, ad
dijudicandam Causam
in Praesentia Sui referre,
tur, Methodis alijs Causas
subtiliores reddendi re-
gradiante Methodo dissor-
mibus caeteroquin in sal-
vo relictis. Harum Nostra-
rum Secreto Sigillo Nostro,
quo ut Rex Hungariae
Apostolicus utimur, impen-
denti communitarum vigo-
re & Testimonio Literarum,
quas post Earum lectu-
ram semper reddi volu-
mus & jubemus Praesen-
tanti. Datum Viennae
Austriae, Die 7ma Mensis
Januarij [illegible]. Regnorum
Nostrorum etc.

Pq.

Sacrae Ca. Regiae Majestati benigne intimandum: Supplicem suam Matthaeum Ignatio Degrad Sibimet Privilegium Exclusivum Eidem anno adhuc 792 super Machina sua ad Canabes subtiliores reddendas accomoda, resolutum, necdum tamen levatum sub hodierno dato ad 15 annos relate ad Hungariam expediendum esse resolvisse.

Hanc proinde altissimam Resolutionem Regiam Eidem Regio Locumtenentiali Consilio ad repraesentationem suam sub 1o Xbris 795 et No 23316 horsum factam hisce notificari, ac una /. Copiam Pattaeti Privilegii sine eo transmitti, quo circa ordinandam in Regno publicationem necessaria disponere noverit.

Datum Viennae die 7a Januar 796.

Comes Carolus Palffy mp

Stephanus Gyurky mp

Ad Sgmum Cae Reg

Joannes Palocsay mp